



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX**

Feria III. post Pascha Paraphrasis Lectionis Actuum XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

amorem sentientium, & non sentientium. His enim qui amorem Dei in se aduertunt, videtur (atque id iuste) quod Deum tepidè nimis ament, & quod de sancto Dei amore sibi (vt reuera est) desit nimium. Sunt etiam qui Dei habent, sed non sentiunt amorem. Opera enim & studia eorum indicant eos absque Dei non esse amore. Conqueruntur tamen & plangunt vehementer, quod insipida sint illis ea potissimum, quæ maximopere cum feruore & deuotione perficere desiderant. Verum, vt quaestioni satisfaciam: Pro amore d' filij habendo, necessaria vobis est bona voluntas. Orate Deum vt hunc vobis ad suam gloriam infundat. Interim siue amorem senseritis, siue non senseritis, cauetè omne peccatum. Quicquid noueritis Deo displicere, hoc nunquam veniat in consensum vestrum. Nunquam velitis admittere, nunquam etiam negligere, quicquid prohibuerit, aut quicquid voluerit ille. Hoc vnum studium sit vobis continuuum, nolle scilicet agere quæ Deo displicent nolletq; ommittere, quæ placent. Quod si per subreptionem aut quocunque alio in vos modo intrauerit delictu, illud cum dolore ac fletu cordis delete, expurgate, corrigite, & deinceps cauetè. Hac faciendo filij, non solum obtinebitis, sed habebitis (credite mihi) Dei amorem: quia id nequaquam possitis, nisi Dei amor sanctus hoc operetur in vobis. Neque enim oportet vt sentiat is amorem sed vt habeatis. Nec amor est, sed feruor est amoris seu amoris incendium quod sentitis. Sentire autem (vt dixi) non semper est necessarium, sed habere, Quod nobis omnibus largiatur Iesus Christus in æternum benedictus Amen.

Amor qui obtineatur bonus.

FERIA TERTIA POST SOLENNITATEM PASCHÆ, Lectio A& XIII.

**I**n diebus illis, Surgens Paulus, & manu silentium indicens, ait: Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant Hierusalem & principes eius, ignorantes Iesum & voces prophetarum qua per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato, vt interficerent eum. Cumque consummassent omnia qua de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitauit eum a mortuis diuertia. Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de Galilea in Hierusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, qua ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filiis vestris, resuscitans Iesum Christum Dominum nostrum.

Matth. 27.  
Marc. 15.  
Lucæ 24.  
Ioan. 9.  
Matth. 28.  
Marc. 16.  
Lucæ 24.  
Ioan. 20.  
Psalm. 2.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIONEM.

**C**HRIستي resurrectio admonet nos fratres charissimi vt abnegantes impietatem & secularia desideria, id est, cunctis vitijs emoriētes (Mors enim præcedat necesse est, antequam liceat resurgere: sicut & Christus prius mortuus est, deinde resurrexit) sobriè, & iustè, & piè vivamus

Titum 2.

99 2 in hoc



in hoc seculo, quæ est vita gratiæ; expectantes beatam spem futuræ resurrectionis nostræ, & aduentum gloriæ magni Dei, qui reformabit corpora nostra configurata corpori claritatis suæ, ut cum ipso semper viuamus in gloria, tanto beatiores, quanto nunc vitijs studiosius mortui fuerimus. Ergo vè dignè celebremus resurrectionem Seruatoris nostri, quanta possumus animi contentione ac pia mentis sedulitate in hæreamus Deo ac Domino nostro, mundum despiciamus, peccatum execremur, & ad cælum nobis iam aditus referato, illic semper corde, cogitatione, affectu, amore versemur. Huc nos inuitat sancta mater Ecclesia, continuis hisce diebus quasdam lectiones recitans, vnde Christi resurrectionem discere queamus: simulq; nostrum deplorare exilium, & eo suspirare, quo caput nostrum præcessit. Hodie quidem ex Actis Apostolicis eiusmodi nobis lectio proponitur. Paulus Apostulus cum esset Antiochiæ Pisidia, in Iudæorum synagoga inuicatus ab synagoga principibus, inter multa alia, etiam hac oratione vsus est ad populum Israel. Cum enim surrexisset, & manu silentium indixisset, tãquam attentos eos efficere cupiens, utpote de rebus maximis dicturus, ita ait: Viri fratres, qui ex clarissimo patriarchæ Abraham genere estis oriundi, quod vobis magno est decori & ornamento, si tamen non sitis degeneres, sed cuius filij estis, eius etiam sectatores esse conemini, & sicut ille Deum adeo timuit, ut proprium filium occidere maluerit, si Deus permisisset, quàm non perere iussis illius, ita & vos Deum timeatis. Vobis enim diuino prædicatione, qui vnum verum Deum & colitis & timeris, verbum & annunciatio salutis huius, quæ per Christum nobis parata & aucta est, missa est, ut creditis in Filium Dei olim patribus promissum, nunc verò etiam missum, & per fidem viam in illius membra transeat, vniti corpori illius quod est Ecclesia, viuatisq; de spiritu illius, ut iam non timore seruili, quem incillæ legis terror & seueritas, sed spiritu amoris, quem Euangelij gratia præbet, ducamini, respiretisq; in libertatem filiorum Dei, & Christi quidem coheredes, Dei autem heredes efficiamini. Quod quidem etiam illis qui Hierosolimis habitant, annunciatum est, sed illi cum principibus suis excæcati, & inuidia stimulat, ignorantes Iesum esse verum Messiam patribus promissum, quanquam quidam eorum fortasse id non ignorauerint, sed ex mera malitia ac inuidia se ignorare sinxerint, nec etiam ob mentis cecitatem perspecta, habentes sensa vocum prophetiarum, quibus Christum venturum annunciarunt, tamè si omni sabbato publice in synagogis ipsorum legatur, iudicantes inique, reum scilicet mortis esse vitæ autorem, qui vetera mortis destrueret imperium, & à mortis sententia absolueret genus humanum, impleuerunt oracula prophetarum, quibus subinde prædictum est passurum Christum, & per crucis supplicium de diabolo triumphaturum. Sed quia tanta erat in Christo vitæ innocentia, puritas, candor, iustitia, veritas, ut nullam in eo causam mortis reperire possent, ad mendacia, & calumnias confugerunt: & tamen ne ipsi eum occidisse viderentur, petierunt à Pilato, ut interficerent eum, ipsi quidem animo & voluntate. Præses autem sententiæ prolatione, & milites eius, manibus. Non enim volebant ipsi interficere eum. Vnde dicebant: Nobis non licet interficere quenquam, vè licet apud homines essent innoxij, sed apud Deum tanto sceleratores. At-

Acto. 13.

Genes. 22.

Roman. 8.

Matth. 27.

Marc. 15.

Lucæ 23.



que hac de causa summa importunitate praesidem renitentem etiam compulerunt morti addicere eum, cuius vita erat innocentissima. Cumque consummassent omnia, quae de eo scripta erant, occidissentque summa crudelitate eum, qui ipsis specialiter à Deo Patre missus erat Saluator & liberator, qui maxima ipsis praestiterat beneficia, nec ullos subterfugerat labores, ut eos posset ad sui agnitionem & amorem traducere, viri quidam religiosi deponentes eum de ligno crucis, posuerunt in monumento, eoque valde curioso & diligenter à pontificibus obsignato, ne quid per discipulos eius fieret, quia nouerant praedixisse eum se à mortuis resurrecturum. Sed in casum perfidia laborauit. Deus enim suscitauit eum à mortuis tertia die, & visus est per dies multos, ut nulla omnino de illius resurrectione in eorum pectoribus haereret ambiguitas, ijs qui simul cum eo regni caelestis & Euangelij praedicationem exorso ascenderant à Galilaea in Hierusalem, qui usque nunc tanto constanter, quanto certiores sunt testes resurrectionis eius ad plebem. Et nos autoritate Dei, missi à Spiritu sancto, quem effudit in nos abunde, vobis annunciamus eam quae de Messia venturo ad patres nostros facta est repromissio, quoniam hanc Deus verax & iustus adimpleuit filijs vestris: ut si quidem velitis, per Christum cum Deo possitis redire in gratiam, quem omnipotenti virtute sua excitauit à mortuis nunquam deinceps moriturum.

Ioan. 18.

Math. 28.

Marc. 16.

Luc. 24.

Ioan. 20.

EXEGESIS EVANGELII IN EADEM SO-  
lenitate, Luca XXIII.

Quis non gaudeat, quis non exulter hac die, qua morte deuicta, diabolo in tartara relegato gloriosus & immortalis surrexit Christus Iesus Deus & Dominus noster? Nunc, ut ait Ecclesiae lumen & doctor praecipuus Hieronymus, aromatibus redolentibus cum sponsa & adolescentulis, quae currunt post eam, conspergimus lectum & cubiculum mentis nostrae. Nunc introducit nos rex in cellaria sua: nunc surgit amica Maria: hyems abiit, pluuia recessit, flores visi sunt in terra nostra. Vox turturis audita est in terra nostra. Vineae florentes dederunt odorem. Redijt sponfus de umbra, sub qua dormit in meridie. Radix amara crucis euauit, flos vitae cum fructibus erupit: & qui iacuit in morte, surrexit in gloria. Sol post occasum oritur: aquilae ad corpus congregantur. Post sabbata tristitia, felix irradiat dies, quae primatum in diebus tenet, luce prima in ea lucescente, & Domino cum triumpho in ea resurgente, & dicente: *Hae dies quae fecit Dominus, exultemus & laetemur in ea.* Sed quia amici absentis ac multum exoptati subitus & inopinatus aduentus maximam solet adferre laetitiam, & eius verba cupidissimè audiuntur, nos quoque quid Dominus noster rediuius fecerit dixerite auscultemus.

Hieronym.

Cantic. 1.

Cant. 2.

Psalm. 117.

Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis: Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre.



Luc. 4.

Ioan. 6.

Philip. 4.

Esa. 43.

Iob. 9.

Iam reuersi erant ex Emaus duo illi discipuli, quibus Dominus in via apparuit, narrabantque Apostolis se vidisse Dominum. Atque hæc illis commemorantibus, pius Dominus qui libenter adest sui mentionem habentibus, subito stetit in medio discipulorum suorum, qui congregati erant in uno loco, firmiter clausis ostijs ob metum Iudeorum, & dixit eis. Pax vobis: tanquam diceret. Hactenus quidem humano generi pax integra non fuit, manente præuaricationis antiquæ reatu, & Deo Patre iustè hominibus irascente: sed nunc morte mea Patris ira sopita, pax vobis, quæ exuperat omnem sensum, ad quam perueniri estis, si dictis meis obtemperaueritis. Vobis, inquam, pax, qui discipuli mei estis, qui à mea voluntate non discordatis, qui amatis ea quæ ipse diligo, & odio habetis, quæ mihi displicent: non autem pax impijs, qui licet hic pace quadam & felicitate perfrui videantur, tamen præterquam quod etiamnum amarissimos conscientia stimulos patiuntur, etiam ignis æterni flammam expectant, quibus sine fine exurantur, semper quæ sint in locis tartareis, vbi nullus ordo, sed sempiternus horret inhabitat. Itaque pax vobis diligentibus legem meam. Nec timearis quicquam, tanquam visio hæc & apparitio sit vana aut fictitia, & cum fraude coniuncta: quia ego sum verus Deus, & homo verus, qui paulo ante in cruce mortuus sum, at nunc mea virtute viuus prodij à sepulchro. Sed quia humana infirmitas facile trepidat, vbi quid insolitum acciderit, quidam ex discipulis conturbati sunt ob rei nouitatem, quia videbant corpus humanum clausum ad se ostijs ingressum, & conterriti ad aspectum subito apparentis hominis, existimabant se spiritum videre. Nondum enim bene cognitæ habebant dotes corporis gloriosi, quod ob sui subtilitatem etiam ferreos potest muros penetrare, nec quicquam illi ex rebus corporeis non peruium est. Verum pius Dominus falsam hanc persuasionem cito dispellere volens è cordibus suorum, ait illis:

Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.

Math. 26.

Ioan. 6.

Non est sanè cur perturbemini, & cogitationibus afluatis, tanquam spiritum videatis. En manus & pedes meos vobis offero, in quibus vestigia inflictorum vulnerum dum cernitis, & certa experientia exploratis, non potestis dubitare, quin ego ipse sum, Magister & Dominus vester, qui vobis ante mortem meam pollicitus sum me rediturum ad vos, & mea præsentia vos exhilaraturum. Palpate quæso manibus, videte oculis, non solum carnis, sed etiam cordis, & credite me non spiritum, sed verum hominem esse, vera carne indutum. Spiritus autem carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quum hoc dixisset, quia forsitan trepidabant, ac cunctantius ad ipsum tangendum mouebantur, ipse eis manus & pedes ostendit. Vbi sane, quod diuus Gregorius annotauit maximum exhibuit miraculum, quando seipsum iam immortalem, tamen palpabilem præbuit. Non enim potest non esse corruptioni obnoxium, quod contra stabile est: nec potest con-

Gregorius.



treclari, quod est incorruptibile. Fecit autem hoc Dominus, ut nos in fide resurrectionis eius firmos certissimi. Et, ut Diuus Gregorius ait, miro & ineffabili modo corpus suum palpabile præbuit, ut nos reformaret ad fidem: & incorruptibile demonstrauit, ut inuitaret ad præmium. Vel etiam palpabile simul ac incorruptibile exhibuit, ut ostenderet eiusdem fuisse naturam, cuius fuerat ante passionem, id est, carnem habere: & alterius gloriæ, id est, eandem carnem incorruptibilem esse. Quare autem Dominus in manibus ac pedibus & latere vulnerum cicatrices seruare voluerit, quamuis multæ possint assignari rationes, inter illas tamen vna est non minima, vt se verè surrexisset probaret. Altera, vt dum eas perpetim in calis beati contemplantur, inde maiori erga Christum amore & gratitudine inflammentur, certi illis vulneribus sua vulnera curata esse: Tertia, vt impij & ingrati ijs visis amplius confundantur. Nec quisquam dubitare debet, quin ex illis vulneribus maximæ cæli ciuibus, imo & nobis adhuc in exilio degentibus bona proueniant. Sunt enim velut apothecæ quædam diuinorum munerum: & beatus est, quisquis ea modo sedulo veneratur. Væ autem ter execrandis hominibus, qui illa non nisi sceleratissime iurando & blasphemando commemorant, inde sibi maiora cumulantes supplicia, vnde possent facillimè & veniam & gratiam impetrare. Quidam ad id vsque impietatis deuoluti sunt, vt penè ad tertium quodq; verbum immaniter iurando adhibeant vulnera vel crucem Christi, aut aliquid eiusmodi, quos mirum è non viuos à terra absorberi, aut igni cælitus misso concremari: sicut quandoquæ nonnullis accidit.

Corpus suum  
cur Christus  
palpabile  
præbuit.

Cicatrices  
vulnerum  
cur Christus  
seruauerit.

Vulnera  
Christi vt sine  
apothecæ  
munerum  
diuinorum.  
Iurare per  
vulnera Chri-  
sti quanta sit  
impietas.

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, fumens reliquias, dedit eis.

Non facile fides accommodatur, vbi eiusmodi aliquid accidit, quod naturæ vsu & consuetudinem excedit. Et tamen dum Apostoli cunctantius assentiuntur, nos in fide reddimur constantiores & confirmatiores. Iam quidem tot signis admoniti, ceperant non nihil credere, & tamen quia erat quiddam in rebus humanis inusitatum, vt quis sua virtute resurgeret, stupabant quidem ad rei nouitatem, simulque animis exultabant ob præsentiam sui Saluatoris. Sed vt omnis abscederet incredulitas, & quia iam visu & tactu didicerant veram esse Christi personam, quæ illis apparuit, etiam gustu idem probarent, quæ fuit non vt nescius, sed humano more loquens cum hominibus, si quid escæ haberent. Oblatumque piscem assum & fauum mellis comedit coram eis, deditque illis reliquias. Primum quidem hic maxima elucet Christi Iesu benignitas, humanitas, mansuetudo, humilitas, quæ se vsque adeo ad eorum infirmitatem accommodauit, nihil prætermittens, quod putaret esse necessarium ad persuadendum eis suæ resurrectionis veritatem. Poterat indignè ferre tarditatem illorum, sed vt solent matres fouere paruulos suos, ita Christus etiamnum infirmos discipulorum animos summa lenitate ac ineffabili suauitate tractauit, donec perfectè crederent: in illis nimirum etiam nobis consulens, qui forsitan ad





credendum induci non possemus, nisi tam multiplici argumento confirma-  
 ti. O quanta est erga nos Omnipotentis Dei charitas, quantopere nostram  
 optavit promouere salutem. Dulcissima est horum contemplatio, vbi Do-  
 minus maiestatis cum rudibus & pauperulis piscatoribus etiam postre-  
 surrectionem tam familiariter ac suauiter conuersatur, intrans & exiens, o-  
 dens & bibens cum illis. Non tamen putandus est cibus ille in eius transi-  
 substantiam, sed diuina virtute consumptus. Nec vacat à mysterio, quod  
 piscem assum & fauum mellis legitur comedisse. Ipse enim est piscis assu-  
 igni ardentissimæ charitatis in crucis ara decoctus, secundum humanita-  
 tem: ipse etiam est fauus mellis secundum diuinitatem, cuius contemplatio  
 longè suauissima est. Merito quidem & nos hisce duobus assiduè vesci debe-  
 mus, semper in mente circumferendo Christum crucifixum, & operam dan-  
 do, vt diuinæ contemplationis gratiam adipisci, & adeptam in nobis augere  
 possimus, donec videamus facie ad faciem Deum deorum in Sion. Pro-  
 pterea enim Dominus discipulis suis reliquias dedit, vt & ipsi eodem cibo  
 vescerentur. Nec quicquam sic confortat animam hominis, atque hic cibus,  
 id est, Christi patientis, & cum Patre regnantis contemplatio: quorum altero  
 ad perferenda mala præsentia, altero ad speranda & concupiscenda bona  
 æterna accendimur. Christus enim pro nobis crucem & mortem patiens,  
 nostrum exemplar est, cui conformari debeamus: Christus cum Patre reg-  
 nans nostrum præmium est, quod suspiremus. Comedamus ergo semper  
 assum piscem, imitantes vestigia Saluatoris: comedamus etiam fauum mel-  
 lis, gustantes quam suavis sit Dominus.

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos,  
 cum adhuc essem vobiscum: Quoniam necesse est impleri om-  
 nia, quæ scripta sunt in lege Mosis, & prophetis, & Psalmis  
 de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

Prædixerat quidem discipulis suis se passurum & resurrecturum, sed illi  
 nihil horum intellexerant. Itaque nunc illis dicta sua in memoriam reuoca-  
 uit, vt etiam hoc ipso magis ad credendum permouerentur, quod recognos-  
 cant sibi hæc ante prædicta esse. Omnia eo spectant, vt indubitata fide cre-  
 dant Dominum reuera à mortuis surrexisse, nobisque aditum ad cælos reser-  
 rasse, & spem resurgendi contulisse. Obserua hic, quanto studio conatus sit  
 Dominus discipulos de sua resurrectione certissimos efficere, vt & ipsi ceteris  
 constantius & certius eam affirmare possent. Quod autem dicit, necesse  
 fuisse impleri omnia, quæ de ipso scripta erant in lege Mosis, & prophetis,  
 & Psalmis, totum exprimit vetus Testamentum: vbi sub figuris & verbo-  
 rum inuolueris plurima tractantur de Christo, quæ nunquam poterunt in-  
 telligere, qui in Christum non crediderint. Christus enim est clavis Dauid,  
 qui aperit abdita scripturarum: quem qui ignorat, in scripturis haud aliter,  
 quam in cimmerijs tenebris versatur. Nisi enim Christum intelligas, scri-  
 ptura tibi prorsus muta & elinguis erit. Si autem Christum bene noris, in  
 scripturæ amoenissimis pratis haud secus, quam in ipso paradiso versaberis.

Christus enim est opus prophetarum, & omnium scriptorum diuinorum  
 summa. Quem cum ignorent Ethnici, Iudæi, hæretici, et si scripturas legant,  
 tamen

Ador. 1.

Piscis assus  
 quomodo si-  
 gnificet Chri-  
 stum glorio-  
 sum.

Fauus mellis  
 qui dicatur  
 Christus.  
 Psalm. 33.

Psalm. 33.

Lucæ 18.  
 Ioan. 16.

Apoc. 1.

Scopus &  
 summa om-



tamen non intelligunt, atque ea re ex luce sibi cæcitatæ materiam sumunt. Denique Dominus aperuit sensum discipulis suis, vt intelligerent scripturas. Nemo ergo putet se vnquam posse abdita scripturæ sensa assequi, nisi Dominus Iesus suo spiritu reuelat. Vis autem habere doctorem spiritum Christi? Sis humilis & contritus spiritu, & timeas sermones Dei tui. Ita nimirum docet re Esaias Propheta. Si superbus es, si dissolutus & vanus, si temerarius & negligens, non te docebit spiritus Christi. Omnium causa errorum hæc est, versari in scripturis dissoluto, elato, impuro, ac vano corde. Custodit autem paruulos Dominus, & reuelat secreta sua paruulis, non elatis. Itætiã simplicibus & idiotis Apostolis hodie scripturas patefecit: quia humiles erant. Humilitas quiduis à Deo obtinet: Superbia semper manet inanis.

Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

In ipso scripturæ exordio, discimus hominem quadam temeritate ac animi leuitate consensisse serpenti illi antiquo in diuinæ legis transgressiõnem: qua re tanta tum est in hominem conflata ira Dei, vt nulla salutis recuperandæ spes reliqua foret, nisi ipse Deus homo fieret, & per seipsum pro nobis sibi satisfaceret. Quod quidem licet valde absonum & absurdum videretur, vt qui tantam ab homine accepisset iniuriam, ipse & eiusdem iniuriz pœnas lueret, tamen vnigenitus Filius Dei maluit totam hominis causam in se recipere, & tanquam ipse peccasset, Patris iram sustinere, quam hominem damnatum videre. Itaque mox ab illa hominis ruina, & deinceps per omnes ætates temporum prædixit se quandoq; hominem futurum, & sua morte homini apud Deum Patrem gratiæ locum impetraturum. Quod quia in fallibili ac certissima veritate prædictum erat, necesse erat impleri: quia non potest mentiri Deus, & nisi factum esset, homini non liceret ad vitam regredi, vnde corruerat. Ergo necesse erat Christum pati, non sua, sed nostra causa, & resurgere à mortuis tertia die, vt moriendo mortem nostram destrueret, & resurgendo nobis vitæ aditum referaret. Quod quantæ sit pietatis, quantæ misericordiz argumentum, nullus neque humanus, neque angelicus potest intellectus assequi. Quid enim necesse erat Christum pati, nisi quia Deus Omnipotens velut amore hominis ebrius maluit homo fieri, & in seipso castigare quod homo deliquerat, quam hominem perditum relinquere? O duritiam cordis humani, quæ tanta bonitate non flectitur, tanta charitate non inflammatur. Oportebat Christum pati, ait Dominus: imo verò non oportebat Christum innocentem, sed hominem reum pati: sed agnus innocens præuaricatoris Adæ, & causam, & pœnam in se recepit, vt lupus abiret impunitus, ouis vapularet. Inter hæc nos cogitare debemus quid pro nobis pati & agere nos iure meritoque conueniat, quando talia pro nobis egit & pertulit, qui à nobis placari debuit, sed non potuit, & tamen vt posset placari ab homine, homo fieri voluit, nihilominus manens Deus, vt ex humanitate pateretur, ex diuinitate propitiuss fieret? Ne quis tamen in sola Christi satisfactione securus acquiescat, &

animum prophetarum & scripturarum vt sit Christus. Sensa scripturarum quænam solo doctore referentur. Esai. 66. Errorum omnium in scripturis quænam cauta sit. Psal. 4. Matth. 11. Lucæ 10.

Gen. 3.

Hebr. 6.

Christum pati cur fuerit necessarium.



Christus  
quod pro no-  
bis satisfecit,  
non suffi-  
cere ad salu-  
tem.

Ioan. 1.

Matth. 7.

Luc. 6.

ipse iam nihil sibi faciendum putet, subiecit Dominus: Prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Non ergo sufficere sibi putet Christianus iam baptizatus & rationis compos, quod pro nobis Christus satisfecit, nisi & ipse se peccasse doleat, & vitam in melius commutare proponat. *Si quis se monem meum seruauerit*, ait Christus apud Ioannem, *non videbit mortem in æternum*. Superuacanea, imo & perniciosa est fides in Christum, quæ non vult obedire mandatis Christi. *Quid vocatis me Domine, Domine*, ait idem, *& non facitis quæ dico?* Vbi autem quis se peccasse dolet, & baptismo Christi abluitur, is planè peccatorum remissionem consequitur, id quæ apud omnes gentes.

SERMO I. IN EADEM SOLENNITATE.

*Vulnera quinque cur Christus seruauerit, & cuiusmodi deuotionis exercitio sint honoranda.*

**V**idete manu meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Luc. XXIII. Christus Iesus Dominus noster fratres charissimi, resurgens quinque vulnera (quibus sumus redempti) gloriosa in suo corpore seruauit. In omnibus operibus Saluatoris nostri, in singulis eius beneficijs nihil tã elucet, quam immensa ipsius ad nos charitas. Eius natiuitas, eius predicatio, eius passio, quæ denique hodierna resurrectio quid clamât aliud, quid monêt, quã ut attendamus, quanti nos fecerit ipse, quantum nos dilexerit? Quid enim attinet, resurgens, quinque vulnera, videlicet signa clauorum ac lanceæ suo in corpore retinuerit adeo manifesta, ut videri, adeo profunda ac magna, ut immillia digitis poterant tangi, quã ut suam in nos charitatẽ nobis hoc modo prædicaret? Atqui quod olim verbis per Esaiã, nunc in vulneribus proprijs ad quælibet nostrum clamat. *Nunquid mulier potest obliuisci infantẽ suum, ut non miseratus sit vteri sui?* *Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tu.* In manibus meis descripte. Ecce in manibus, ecce in pedibus, ecce in corde quoque redemptoris nostri scripti sumus, ne vnquam nostri apud Deum memoriam putemus abolitam. Ingens prorsus fiducia hic nobis donata est, ut nequeat nos obliuisci Christus: quando quidẽ signa passionis, signa redemptionis, signa denique dilectionis suæ membris suis inarata circumfert, oculis proprijs semper obijciunt. Vnde prima hæc causa putanda est, quare suo in corpore vulnera retinuerit, videlicet ut nulla nos vnquam obliuione à suæ dilectionis memoria delicta significaret, tametsi alia quoque causa sit, ut prædilecto Patri suo pro rationibus nostris supplicando hæc tanquam redemptionis nostræ precium nobis quotidie offerat, & ipsum patrem misericordiarum ac totius consolationis ad misericordiam erga nos inuiter. Est præterea tertia causa fortasse cæteris non inferior, ut facilius hoc modo suæ nobis passionis memoriam persuadeat imprimendam in terris, cuius signa circumfert ipse in gloria maiestatis. Et certè immodica foret ingratitude, acceptum non recitare beneficium, quando is qui impendit, ne cesset benefacere, exhibetæ suæ charitatis suæ sibi retinet monumentum. Idcirco Apostolis, imo nobis omnibus. *Videte*, inquit, *manu meas & pedes*. Videte & tanquam in libro vult legite, quid pro vobis fecerim, quid in exemplum vobis reliquerim. Videte velumen expansum noui testamenti, quinque vulnera tanquam librum

Isa. 49.

Vulnera cur  
Christus in  
corpore suo  
seruauerit.

1. Cor. 1.

Luc. 24.



quinque Mofi in se continēs: quibus quid ego amore vestri fecerim, & quid mei amore vos deceat agere, legatis. Scrutemur igitur quid in his Christi vulneribus scriptum sit, ut quoties in crucifixi imagine hæc quinque Christi membra aut plagas osculamur, obiectum ibi aliquod reperiamus cōtemplandum, venerandum, imitandum, & oratione impetrandum. Itaq; imaginemur, ut in quinque vulneribus Christi quinque singillatim virtutes nobis occurrant, membris eorundem vulnerum congruentes. Verbi gratia: Manifestū est omnibus per pedes in scriptura sacra plerumq; significari solere hominis affectus. Ut etenim pedibus corpus, ita affectibus graditur animus. Eam ob rem in vulneribus pedum Christi duas virtutes affectiuas ipsius meditemur, humilitatem videlicet & paupertatem. Quas propterea voco affectiuas, quia quatenus in affectu sunt, eatenus etiam & non aliter dicuntur virtutes. His duabus virtutibus mundum vaiuersum Christus, & quicquid mundi ambitu extat viciosum, calcavit: quæ cum in omni vita sua, præcipuè tamen in passione enitent. Quocirca ne à memoria, hoc est, ab iminādī studio virtutes hæ nobis excidant, in pedibus (in quibus dixi significari affectus) Christi manserunt stigmata sacra, quæ oculis nostris obiecta, etiam harum virtutum in Christo nos commonefaciunt, simulq; ad imitationem inuident.

Ad huncmodum in manibus Christi vulnera duo, duas etiam nobis virtutes alias significant, obedientiam scilicet & patientiam. Quæ propterea in manibus locum suum sortiuntur, quod per manus in scriptura operationes intelligimus. Porro in Christi passione, tam obedientia quàm patientia eatenus dici possunt virtutes actiuæ, quatenus obediendo ac patiendo Christus, & Patris voluntatem, & nostri operatus est redemptionem. In lateris vulnere, quod est cordis, innuitur nobis quinta virtus, quæ est Christi viscerosa charitas, quæ omnes Christi actus, omnia verba, cuncta deniq; quæ & passus est, & ineffabili decore illustravit incredibili suavitate condidit. Itaque in quinque Christi vulneribus Christi iam quinque legimus & veneramur virtutes, quæ quomodo in Christi vita ac passione emineant singillatim explicabo paucis. Neminem tamen mouere debet, si in festo resurrectionis de Christi loquimur passione, quandoquidē victoribus etiam prophanis in triumpho recensentur aut concinuntur, quæ ante gesserint, aut passi sint in prælijs. Christus quoque resurgens hodie, vulnera sua gloriosa non ad tristitiam, sed ad gaudium Apostolis ostendit. Verum de hoc satis. Duas ante dixeram virtutes in Christi pedibus nobis significatas, quibus mundum omnem calcavit, non solum nihil gloriæ, nihil ve diuitiarum ambiens, verum ex affectu etiam & desiderio contemptum & egestatem sustinens. Principio igitur de humilitate eius dicamus. Hæc in nullo fuit homine profundior atque abiectionior, quam in Christo. Quippe qua conculeat & confutat omnem elationem humanam, ut vel sub humili Deo deinceps non altum sapiat homo, nec vltra apponat se magnificare super terram. Sed videamus nunc quam nihil gloriæ, quam nihil honoris ambiuit super terram, Dominus ipse Rex gloriæ. Volens incarnari, non diuitem, non mundano stemmate insignem elegit matrem: sed pauperem, humilem, & iuxta seculi opinionem abiectionem. Iam nasciturus noluit ciuitatem magnam eligere,

Contemplanda quænam sint in vulneribus Christi.

Pedes mysticè quid significant. Virtutes affectiuæ quæ.

Virtutes actiuæ quæ.

Manus mysticè quid significant.

Virtus cordis quæ.

Humilitas Christi quantum.

Rom. 12. Psal. 9.

Psal. 13.

Lucæ 1.





gere, noluit amplum palatium, noluit nasci vbi fertuentium & occurrentium famulorum adulatrix adesset turba, noluit vbi hominum adesset frequentia, sed elegit tuguriolum desertum, vile, & vbi nihil esset, quod non praeferret abiectionam. Vitauit aurea, spreuit holoserica execratus est quaeq; pomposa: non admisit praeter parentes famulantium obsequia, vilibus inuolutus est pannis, contemptibili praesepio honoratus. Adde iam, quod nec voluit nisi à paucissimis & his vilibus, utpote pastoribus, idque solum pro suae natiuitatis testimonio, cognosci, noluit praedicari: voluit sui percutationem fugere, non vlcersi, voluit quasi impotens & imbecillis, non gloriosus haberi. Accedit, quod ignotus mundo atque inglorius triginta annis latuit. Ceterum, praedicans atque miracula faciens, quam honorari aut commendari noluit? quam neminem spreuit? quam familiaris penitentibus, miseris atque egentibus fuit? Deinde obserua, opprobria, derisiones, contemptum scribarum, & pharisaeorum dolos, in omni vita at passione sua quam patienter sustinuit? Accusationes iniquas, & sui infamationes quam humiliter non excusauit? ad contumelias, ad conuitia quam innocens tacuit? Quid quod ad pedes piscatorum lauandos diuina se mansuetas inclinauit? Quid quod corpus suum virgineum laceratum & cruore perfusum, ante oculos hostium suorum passus est nudari? quod pudicissimum quibusque virginum saepenumero intolerabilius fuit morte: Quid, quod deinde cum latrone comparari, latrone sibi ad vitam praeferrere, cum latronibus educi, inter latrones medius non dedignatur crucifigi? Nonne passionis locum ignominiosissimum, mortis genus turpissimum & (quod dixi) consortium despectissimum, conditiones mortis & moriendi modum abiectionis elegit? *Non est species ei* (inquit Esaias) *neque decor. Et vidimus eum, & non erat ei aspectus. Et desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, verum dolorum & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius & despectum, vnde nec reputauimus eum. Itemque: Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum.* Itaque nihil abiectionis, nihil vililitatis, nihil fuit ignominiae, quod impij humili Iesu (in quo diuina contemnebatur maiestas) non irrogarent: nihil inferre poterant eiusmodi, quod humilitatis solus non affectaret. Hanc Christi humilitatem quasi in primo vulnere peccati reconditam meditemur, hanc gestiamus imitari, hanc rogemus nobiscum fundi.

Paupertas  
Iesu quanta.

Hinc ad alteram virtutem quae est paupertas, accedamus. Cum Dominus Iesum iam humilitatem praedicarem, dictum est, & plus dici posset, quantum abiectionis iuxta humanam ostensionem, eius habuit natiuitas. Inde loquetur etiam, quanta eius fuerit paupertas. Defuit hospitium, defuit cum abditos peregrina diuersorij exclusa, praeterea inopia sub vili tuguriolo seu stabulo iuxta praesepem bouum natum habens infantulum habitabat? Et quid, quod nemo ibi non modo quae ad commoditatem, sed quae ad necessitatem etiam maximam deerant, offerrebat? Rigebat gelida hyems, & frigore nox munda fridebat, quando interim tenero regioque mox nato infantulo fuerant substernitur, quia plumarum aut pellium ne mentio quidem praeterea inopia fuit, iacebat in praesepio ante iumentorum ora: quae creatorum suum esse



noscentes, spiritu suo, hoc est, anhelitu calido frigus ei temperabant. Et hęc tum quidem, cum in propria terra, hoc est, cum in sua adhuc morabatur gente. Quid subinde paupertatis & inedia existimabimus passum cum subita persecutiōe agitur in exilium, defertur per desertum, degit inter alienos, parentibus tenuitatem victus manuum labore quærentibus? Operabatur virgo nobilissima filo & acu, aut opere textrino, & paruulus Iesus, quod creditur, matris opera detulit vicinis, preciumq; pię matri repprauit laboris. Et vt obiter hęc dicam. Erat puellus amabilis nimium, & (vt habent sanctorū reuelationes) quicumque ei loquebatur, adeo non poterat eius aspectu & alloquio satiari, adeo non poterat abstrahi, vt etiam omnis aduersitatis interim aut mœroris (si quibus premebatur) colloquens obliuisceretur. Vnde omnes cupiebant puero Iesu loqui, quia nemo non magno gaudio poriebatur, quisquis huius aspectu & moribus frui potuisset. Verum ad eius paupertatem reuertamur. In deserto quadraginta diebus ac noctibus moratus, vbi quæso cubabat, vbi quiescebat? Pari modo in monte sapenumero orans pernoctabat: & quieti si quando voluit fessum corpus dare, nonne in terram nudam (vt sancti scribunt) membra virginea colligebat? Nihil in mundo (cuius opifex erat ipse & gubernator) possidēs de elemosynis vivebat oblati. Quas vbi nemo obtulisset (quod docti quidam aiunt, vel tum maximē eidem vsu venisse, cum duodennis in templo Hierosolymistriduo manebat) ostiatim mendicabat. Quid tandem in passione? Fugiunt discipuli, longe stant ab eo noti, non cognoscunt amici: tandem etiam a patre derelinquitur, & solus ducitur inter hostium cuneos, omnibus destitutus. Nudatur vestibus, terra priuatur, hoc est, inter cælum & terram in aërem suspenditur. Siciens & clamans aquę guttam non habet. Crucifixo deest quo caput reclinet, alieno mortuus vitur sepulchro, & superstitem relinquit matrem pauperem sine proprio. Tertia virtus, est, obedientia, quā in vulnere manus eius reconditam comperimus. Descendi, inquit Christus, de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et alibi dum esurienti cibum offerebant sui, *Meus, inquit, cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, qui misit me.* Item in dura illa agonia orando Patris voluntati se subdidit offerens in mortem, & dicens: *Pater, si nō potes tē trāsire calix iste, nō bibam illum, fiat voluntas tua.* Cæterum, obedientia eius tanto perfectior emicat, quanto grauius duriusq; fuit præceptum patris, quod subiuit. Nam iniquitates omnium nostrum posuit super eum pater, atque in eo puniuit, vt sub dura ipse lueret disciplina pro nobis, nos essemus in pace. Ipse enim *vulneratus est propter iniquitates nostras, & nos eius liuore sanati sumus.* Sed nunquid soli obediuit Patri? Nequaquam. Obediuit Patri, obediuit legi, obediuit parentibus, obediuit sacerdotibus, obediuit Iudæis quoque & terroribus. Et cui tandem citra vitium non obediuit? Cui vnquam suam ob voluntatem statuendam restitit? Itaque totus *factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Quarta virtus, alterius videlicet manus, est patientia in aduersis. Nulla inuenta est mansuetior, nulla tranquillior patientia Domini Iesu: tamen si Marcus illum referat duos & impios aliquando circumspexisse cum ira. Quæ ira tamen ne putaretur liuoris aut impatiētia, sed charitatis, sequitur: *Et contristatus est super illorum excitate.* Sic durissime

Amabilis  
quantū fue-  
rit puer Ie-  
sus.

Matth. 4.  
Lucæ 6.

Matth. 8.  
Lucæ 9.

Lucæ 2.  
Matth. 26.  
Marc. 15.

Matth. 27.  
Ioan. 19.  
Matth. 6.

Obedientia  
Iesu quanta.  
Ioan. 6.

Ioan. 4.  
Matth. 16.  
Marc. 14.  
Lucæ 21

Esa. 53.

Lucæ 2.

Philip. 2.  
Patientia Ie-  
su quanta.  
Marc. 8.

Matth. 7. 19.  
& 23.



Lucæ 6. 13.  
 Marc. 11.  
 Lucæ 9.  
 Ioan. 7.  
 Matth. 18.  
 Marc. 6.  
 Matth. 11.  
 Ioan. 4. 1.

interdū obiurgauit hypocritas, ambitiosos, auaros, & cæteris vitijs inquinatos. Siceiecit flagello homines quæstuosos de templo, veritatem, sinceritatemque zelans, non vitia (quibus nulla debetur patientia) palpans aut dissimulans. Vtrunque enim docuit zelum videlicet & patientiam. Vtrunque suo & loco & tempore exhibuit. Nam dicebatur filius fabri, vorax & potator vini, amicus publicanorum, Samaritanus, dicebatur insanire, dicebatur ex Deo non esse, dicebatur dæmonium habere: nec tamen his, nec quibuscunque alijs derisionibus, contumelijs, iniurijs, persecutionibus, oblocutionibus (quas frequenter patiebatur) inuentus est vel leuis indignationis impatientia: ve iudicia dedisse: Nunquam ne signo quidem acceptam visus est retaliare iniuriam. Passus est truculentos atque minaces hostium vultus, passus est impia & dura verba, passus est dira ac crudelissima tormenta: neque tamen querula ab eo vox vlla auditur, neque nisi vbi ratio

1. Pet. 2.

Esaiæ 53.

Charitas Iesu quanta.

Psalm. 123.

Lucæ 23.

Ioan. 10.

Ioan. 9.

Cor. cum Christus per fodi permittit.

Matth. 3.

Marc. 16.

Ibidem.

cogeret, persequentibus aut calumniantibus responderet. *Siquidem cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste, & sicut ouis ad occisionem ducitur, & sicut agnus ceram tendente se obmutuit, nec aperuit os suum.* Quinta virtus est charitas, hæc in vulnere cordis congruum sortita est locum, ardentissima, latissima, maximeque profusa, puta ad ingratos, ad inimicos, ad omnes. Hæc illum de cælis traxit, hæc incarnari, hæc pati, hæc illum pro nobis meri coëgit. Hæc ne tantillo quidem suo parceret corpori fecit: a deo vt etiam interiori semetipsum tristitia grauius affligeret, externis passionibus occurreret, cuncta membra sua omnesque vires in supplicium vltro expenderet, omnes sanguinis guttas profunderet, ne non copiosa esset ipse pro nobis redemptio, & vt euidensissima sui erga nos esset amoris manifestatio, & vigorosa ad se nostri attractio. Ideo nihil eidem obstitit, quin totus esflueret pietate, totum se erogaret commiseratione, totum se impenderet charitate. Vnde cum ineffabilibus in cruce doloribus & angustijs premeretur, & non aliud quam impias in se blasphemantium voces, improperantiumque audiret, insultus, nunquid in eo charitas tunc defecit? Haudquaquam. Et quomodo has vltus est iniurias? Obortis lachrymis pietate pariter ac cõpassione fluëtibz, execratos & impios miseratus est: quos etiã excusans oratione Patri cõmendauit. Postremo, cuius nemo tollere potuit animã, charitas ipsum quasi vicit, atque in morte pro nobis vt se traderet, coëgit: nec tamẽ mors charitatẽ extinguere potuit. Nã mortuus cur quæso lancea cor suũ nobis aperiri voluit, nisi vt ostium in se, intrandi que nobis copiam faceret, charitatem qua cuncta perfecerat, nobis ostenderet, & liquoris id quod in se pauxillum supererat pro nobis simul effunderet, & quam nihil nostri causa sibi seruare vellet, nobis infinuaret? Postremo, à morte resurgens, quando iam data est ei omnis potestas in cælo & in terra, quomodo putatis perdet deicidas istos? *Ite* (inquit Apostolis) *in mundum vniuersum ad vlciscendam iniuriam meam. Quomodo? Ite, predicate Euangelium omni creatura: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* Aqua se lauent lateris mei, & quem fuderunt, meo sanguine omnibus sese expient peccatis.

Age, age, sic loquatur Dominus meus. Talis vltio talem decet charitatem, quæ tam exuberans in te est Domine Iesu, vt vestimenta quoque tua se attin-

genti.



genibus effundant pietatem. Hæc sunt charissimi fratres quinque virtutes Christi meditandæ, & è quinque vulneribus eiusdem petendæ, nisi quis sex virtutes maluerit, quod non improbandum est, & vulnere cordis duas tribuat hac ratione permotus, quod cum è cæteris vulneribus sanguis tantum, ex corde fluxerint pariter sanguis & aqua, & ita in sanguine suæ deuotioni præfigat feruentissimam Christi charitatem (de qua dictum est) in aqua verò candidissimam castissimamque ipsius puritatem, quippe cum sit agnus sine macula, candor lucis æternæ, & splendor paternæ gloriæ. Cui laus sit, honor & gloria & gratiarum actio sine fine, Amen.

Puritas Christi quomodo imitanda.

Sapient. 9.  
Hebr. 1.

SERMO II. IN EADEM SOLENNITATE.

*Paschalis solennitatis dignitas & prerogativa: quibus quorundam modis congaudendum in ea: denique quas, quotq; dotes glorificationis Christus per resurrectionem induerit, nobisque quandoque adsumendas reliquerit.*

**H**æc est dies quæ fecit Dominus exultemus & lætemur in ea. Psalm. CXVII. Charissimi fratres, quid est quod in præsentis solennitate Paschæ, in omnibus Mîssis, & ad omnes Horas cantatur, & per octauas totas continuatur. Hæc est dies, quam fecit Dominus, &c. quasi hunc solum diem fecerit Dominus, quum tamè conditor sit omnium. Profecto aliquid singulare & præcipuum est, quod de illis solis diebus ita canitur: Hæc est dies quam fecit Dominus, &c. Non sunt igitur hæc verba intelligenda de die illa naturali, quæ solis motione crescit & decrescit, incipit, & finitur, diuiditurque in præsens & futurum (Omnes enim dies anni, ratione suæ creationis secundum id quod sunt, eiusdem sunt dignitatis) sed cum diem nominò, hanc indubiè intelligo, quæ signat impensæ operis & beneficii claritatem: quæ sicut maior est hodie nobis exhibita, ita dies sollemnior celebranda.

Dies ista quæ fecit Dominus quæ sit

Cæteræ enim Christi festiuitates licet magnæ sint, non tamè sunt nisi quædam præambula & dispositiones ad nostram redemptionem. Hæc autè solennitas, id est, Christi resurrectio est consummatio nostræ saluationis, & causa nostræ glorificationis. Vnde non immerito hæc dies Domini omnium festiuitatum obtinet principatum. Hinc est quod dicit sanctus Gregorius: Sicut in sacro eloquio sancta sanctorum, vel cantica cantorum pro sui magnitudine dicuntur, ita hæc præsens festiuitas dici potest solennitas solennitatum: quoniam omnium maior est quæ per anni circulum celebrantur. Hinc est quod sublinz doctor Augustinus dicit: Quomodo mater Domini Maria inter omnes mulieres principatum tenet, ita & inter cæteros dies hæc omnium dierum mater est. Hæc est dies quam illustrat non solum ortus solis, qui iterum occidit, id est, huius visibilis luminis, sed quam decorat & lætificat ortus solis iustitiæ, id est, Christi occasum nescientis, qui elucescit non de celo, sed de inferno, de clauso sepulchro, ybi latuit per tres dies, sicut sol in nocte. Propterea exultemus & lætemur in ea. Et id bene quidem. Dignum enim est, vt qui doluimus vehementer in eius passione, gaudeamus ex animo in eius resurrectione. Iustum est, inquam, vt qui so-

Paschalis solennitas quæ spectet.

Gregorius.

Paschæ solennitas vti sit eminentissimum celebratissima. Augustinus.



1. Cor. 1.

cij fuimus passionis dolendo, stendo, societiam finis resurrectionis eius, gaudendo & iubilando. Consequens namque est, vt qui non communicauit Christi passionibus, sed sicco corde ipsius passionem audiuit, aridoq; corde dies precedentes celebravit, quod non potest etiam particeps esse gaudij, & gloriæ resurrectionis. Quod vtrique miserabile est, in illo scilicet die nō gaudere, in illo die vacuum remanere à consolatione spiritali, in quo non solum homines, sed etiam omnia elementa gloriantur vt dicit Maximus in sermone. Quomodo dicit? In Christi resurrectione omnia elementa gloriantur. Nam & solem ipsum arbitror in hac die solito clariorem, vt in eius resurrectione gaudeat, iucundioris lucis splendorem suscipiens, in cuius passione condoluit, & cuius mortem lugubri quadam caligine prosequatur est. Propterea gaudeamus & nos ac exultemus in Domino totis cordis medullis. Debemus autem gaudere in Christo & cum Christo, non in cachinnis & leuitaribus, non in cibo delicato & potu. Nam qui ob hoc solum læti sunt hisce diebus, quia transiit ieiunium, tempus tristitiæ, & quod possunt iterum cibos delicatos habere, quisque secundum statum suum, seculares scilicet carnes, &c. monachi oua, & lacticipia cum cæteris laucioribus superfluis, illi profecto non faciunt festum Christo, sed suo ventri. Licet est tamen seruis Dei in festis etiam laucius viuere vltra consuetum rigorē, vel propter labores maiores, vel etiam ob iucunditatem festi: tantum sit ibi intentio simplex, & vsus moderatus. Sunt tamen alij qui lætantur (vt scriptura dicit) quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: qui idcirco diebus istis gaudent, quia tempus luctus & poenitentia & confessionis transijt, & redijt tempus vernale, dies festiui, læti & ameni, in quibus vacare possunt ad perficienda desideria sua, & redijt illis licentia peccandi ad annum. Illos non dico per Christi resurrectionem ab inferno liberatos, sed magis captiuatos quia ex occasione huius festi, iterum sua peccata repetunt. Illis non dico exultate, sed iterum flete: quia timere habent, ne superueniat illis, quod de quibusdam dicitur: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Vobis autem charissimi dico gaudete, & iterum dico, gaudete. Sed dicitis: Propter quid debemus magis gaudere? Respondeo: Et si non possum vobis enumerare singula quæ dant nobis materiam gaudendi, dicam tamen aliqua, propter quæ debemus gaudere, vel congaudere.

Matth. 27.  
Marc. 15.Gaudendum  
quomodo sit  
hisce diebus.Lacius psu.  
Id qui vesce-  
dam diebus  
solentibus.  
Proverb. 2.Quisnam ob  
resurrectionem  
Christi  
non debeant  
gaudere.Iob. 11.  
Phillip. 4.Christus cui  
ex sua glori-  
ficatione ex-  
ultari meri-  
to debeat.

Primo debemus exultare & lætari cum Christo. In quibus? In his, in quibus ipse exultauit. In quibus exultauit Christus? Quod hodie tam potenter & sapienter, tam victoriosè & gloriosè triumphauit contra mortem. Quod tantas passiones & dolores, quos ex immensa charitate pro nobis suscepit, superauit. Quod iniunctam sibi à Patre obedientiam & à se sponte susceptam, scilicet opus redemptionis nostræ tam laudabiliter, tam perfectè, tam què feliciter consummauit. Quantum putatis Christo gaudium fuisse, quod tam copiosum fructum de sua passione tam ex inferno quàm in mundo reportauit? Item, quod qui mortuus fuit cum magna ignominia secundum estimationem inimicorum suorum, iam cum ineffabili gloria resurrexit? Quod corpus suum, quod deposuit mortale & vulneratum, resumpsit immortale, incorruptibile, impassibile, pulchrum & gloriosum? Quod resurrexit propria virtute in maiestate præfulgentis gloriæ, cum famularum angelorum.



angelicæ militiæ, cum comitatu & multitudine sanctorum Patrum? Secundo debemus exultare propter sanctorum Patrum liberationem ex limbo, qui iam à tempore creationis mundi vsque ad illud tempus sederant ibi captiui in carcere, exules & exclusi suis retardati à regno æternæ beatitudinis, ad quam fuerant creati. In quo apparet maxima iustitia Dei, quod illos tant prædilectos amicos suos, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, Ioannem Baptistam, quo surrexit maior nemo, & ceteros omnes, qui decesserant ab hac vita ante Christi mortem, quibus, quantum ad proprios defectus pertinet, erant purgati vel in hac vita, vel in purgatorio, tamen non admisit intrare in regnum suum, nec ostendit eis gloriam suæ beatitudinis, solum propter illum communem defectum naturæ vitiatæ, quod scilicet concepti erant de massa peccati, quod originale peccatum contraxerant hæreditariè, de semine descendentes Adam. Si ergo illi antiqui venerandique patres tam diu à gloria propter aliorum peccata remoti sunt, quid fiet nobis de peccatis nostris proprijs? Indubiè, si hic nõ fuerimus purgati, postea purgabimur absque misericordia, sinequæ propitiatione oportebit nos soluere exactius, quàm ponderatur aurum, si tamen peccata sunt quæ possunt purgari, siue deleri. Vt illis animabus, quas infernalis flamma cum peccatis eorum absorbet in æternum. Sed redeamus ad materiam, vnde paululum digressi sumus. Debemus ergo, vt dixi, congaudere illis sanctis patribus, qui cum tanto gemitu, crebris clamoribus, tam immensis desiderijs, & tãto tempore clamauerunt ad Dominum, vt mitteret eis Saluatorem: & iam tandem meruerunt accipere, quod petierunt. Nam postquam Dominus & redemptor noster redemptionem humani generis in cruce per mortem consummauit, & cum iam valido clamore animam suam nobilissimã Patri commendauerat, emisit spiritum inclinato capite: sicquæ anima eius benedicta vnitate cum verbo descendit ad inferna, derelicto corpore in cruce deitatu vnito. Norate hic bene, vt intelligatis. Ego dico, quod Christi anima fuit separata à corpore, & tamen verunq, scilicet corpus & anima, mansit vnitum diuinitati. In Christo namq duplex fuit vnio: Vna scilicet corporis & animæ, per quam constituitur humana natura: & illa fuit soluta in morte: quia nihil aliud dicit mors, quam separationem animæ & corporis: & ideo per hoc triduum verè Christus non fuit homo, quia alias non fuisset verè mortuus. Alia est vnio eorundem, scilicet corporis & animæ cum verbo: & illa nunquam fuit soluta: quia verbum, id est, Filius Dei, quod semel (secundum D. Ioan nem Damascenum) assumpsit, nunquam dimisit, quia naturam humanam, quam assumpsit, quantum ad partes eius essentielles, nunquam dimisit, quia mansit cum anima & corpore: & ideo semper mansit Christus. Christus in inferno, quia anima vnita cum verbo fuit in inferno. Eodem tempore Christus in sepulchro, quia corpus vnitum deitati iacuit in sepulchro. Nec tamen Christus diuisus est in duas personas: sed mansit vna hypostasis: quia corpus & anima licet essent diuisa inter se per mortem, tamen erant personali vnitate vnita cum verbo.

Nec putandum est, quod quia corpus erat vnitum diuinitati, quod tunc ex illa viuere in sepulchro (quia diuinitas non dabat vitam formaliter

ff

corpori

Patru ex limbo liberationem quantum congaudendum sit.

Matth. 11.

Matth. 27.  
Marc. 15.  
Lucæ 23.  
Ioan. 19.  
Descensus Christi ad inferos quandoquæ accidit.

Vnio duplex in Christo quæ fuerit.

Ioannes Damascen.

Hypostasis vna vt semper fuerit in Christo.



corpore, sed anima, quæ tunc aberat) idcirco corpus iacebat sine vita naturali. Descendit igitur anima Christi vnita verbo in deitate ad lymbum Patrum, vt impletur quod promissit per Ezechielem prophetam, dicens: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Vestrum est nunc charissimi cogitare, quomodo descendit, cum quali gaudio, iubilatione, cantu & processione sanctorum angelorum circumuallatus, quomodo intrans dixerit: Pax vobis filijs & electis meis. Quomodo sancti patres præ gaudio, lachrymabili voce & genibus flexis clamauerint: Aduenisti redemptor mundi, aduenisti, quem desiderantes quotidie expectabamus: aduenisti quem nobis venturum lex annuntiauerat & propheta. Aduenisti donans in carne viuis indulgentiâ peccatorum, soluens defunctos & captiuos inferni. Tunc carcer ille tenebrosus factus est lucidus coruscante & illuminante illum diuina anima Christi. Tunc impletum est quod Esaias prædixit: *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: sedentibus in regione vmbrae mortis lux orta est eis.* Tunc infernus conuersus est in paradysum: quia vbi Christus est, ibi est paradysus, sicut vbi Papa est, ibi dicitur esse Roma: Et sic verificatū est verbum, quod Christus dixerat latroni: *Hodie mecum eris in paradiso*, id est, in felicitate. Remansit autem Christus ibi per totum illud triduum cum magno gaudio sanctorum patrum, omnis enim tristitia eorum versa erat in lætitiâ: quia videbant animam Christi & essentia diuinitatis eius (in qua omnis gloria paradisi cælestis consistit) vsq; post medium noctis Dominicæ resurrectionis: quia tunc euacuatō & destructo inferno, eduxit omnes qui fuerant in lymbo. Et sicut aliqui dicunt, ex singulari priuilegio suæ presentia, & gloriosi triūphi eduxit etiam omnes qui fuerant in purgatorio, vel saltem magnam partem de damnatis verò neminem eripuit, nec secundum animam ad illos descendit) & sic venit ad sepulchrum, & anima reuiniuit sibi corpus depositum, quod iacebat in sepulchro sine corruptione, & sanguinem reassumens quem effuderat resurrexit, id est, corpus mortuum reuiuificauit, & sic processit gloriosus clauso sepulchro. Factusq; est terræ motus magnus, qualis non fuit creditur) ab initio mundi, ita vt excitarentur quoque custodes sepulchri, vt vellent nolent, viderent gloriam resurgentis, & contra voluntatem suam fierent testes resurrectionis.

Tertio debemus gaudere propter consolationem matris Christi & omnium moestorum cordium, quæ sicut in passione Christi condoluerunt, sic in resurrectione eius exultauerunt. Nam postquam Dominus resurrexit, primo apparuit suæ benedictæ matri ad consolandum eam, non solum quia mater sua erat (secundum diuum Ioannem Cassianum) sed quia plus diligebat, plus anxiosa in passione eius fuerat, & sola perfecte credebatur, sola ipsum indubitanter resurrectionem expectabat. Credendum est quoque quod sanctum Gabrielem & alios angelos præmisit ad virginem orantem, & cum ingenti suspirio & ardore desiderantem Filij sui resurrectionem. Qui scilicet propè venientes angelica voce cantauerunt. Regina cæli lætare, alleluia: quia quem meruisti portare, alleluia: resurrexit, sicut dixit, alleluia. Nam hæc antiphona primitus audita est cantari ab Angelis tempore

Ezech. 34.

In lymbo  
quædam con-  
rigitur quæ-  
do anima  
Christi ad-  
uenit.

Esai. 9.

Lucæ 23.  
In lymbo  
quædam  
manserit  
Christus.Christi spo-  
liasse & lym-  
bum & pur-  
gatorium.Modum re-  
surgendi quæ  
Christus ser-  
uauerit.  
Matth. 27.Apparuisse  
Christi pri-  
mo matri.  
Ioannes  
Cassianus.Regina cæli  
lætare quæ  
& a quibus  
cantatum.



pore Paschali per beatum Gregorium. Nec credendum est, quod tunc primo angeli eam composuerunt vel cantauerunt, cum erat illud tempus diu post resurrectionem Domini: sed antea cantatam B. Mariae, scilicet quando Christus resurrexit. Post hoc etiam Ecclesiae reuelauerunt, & ideo Ecclesia frequentat inter Pascha & Pentecosten.

Adhuc igitur Angelorum concentum, statim affuit Dominus Iesus in claritate immensa, cum multis milibus sanctorum patrum saluans, pium matrem suam, eam consolans: & statim recessit ab ea nubes omnis eruditrix. O quis poterit cogitare, cum quanta letitia superflua fuit benedicta virgo, videns Filium suum in tanta gloria, cum tam nobili preda sanctorum, cum tam insigni victoria. O quam dulcia verba fuerunt inter eos, scilicet filium & matrem. O quam suauia oscula ipsa impressit sacris quinque vulneribus Iesu, quae reseruauit in testimonium verae resurrectionis quod ipse idem esset, qui affixus fuit cruci. Reseruauit etiam & reseruauit adhuc ad quorundam ostendendum Patri pro peccatoribus, & placandam iram eius super eisdem. Cogitare potestis hic charissimi, quomodo sancti patres B. Mariam contemplantur & mirabantur in decore, in sapientia, in pudicitia, in humilitate eius & perfectione omnium virtutum: & gaudebant quod ex se genita esset talis virgo. Ideo non inconuenienter procidebant ante eam, dicentes illud Iudith: *Benedixit Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum rediit inimicos nostrorum. Benedicite filia Domini Deo excelso pro omnibus mulieribus super terram.* Quarto debemus exultare ratione nostri. Nam sicut per passionem Christi deletum est chirographum peccati, quo omnes obnoxij tenebamur ad mortem, & abluta sunt peccata nostra in sanguine agni Christi Iesu: sic per resurrectionem eius restituta est nobis beatitudo caelestis stabilis & aeterna: quia per hanc accepimus spem nostrae similiter futurae resurrectionis & reformationis nostrae naturae ad inamissibilem perfectionem. Quomodo? Quia Christus est caput nostrum, & nos membra eius, scilicet per fidem. Necessarium est autem, vt sequamur caput si tamen membra eius sumus: quia caput non est sine membris. Hinc dicit Leo Papa: Dubitandum non est de confortio gloriae, sicut dubitandum non est de communione naturae: nimirum quia sicut Esaia testante, natus est nobis, id est, propter nos, & ad utilitatem nostram, ita est crucifixus nobis, nobis mortuus est, solennitate hodierna resuscitatus immortalis & gloriosus. Nos enim in Christo sumus crucifixi, nos in Christo sumus mortui & sepulti, nos in Christo die tertia resuscitati, iam in spe, & postea in re. Vnde dicit Apostolus: *Qui sunt autem Iesum a mortuis & nos cum Iesu suscitabit.* Hinc est quod dicit sanctus Gregorius: Ex hac solennitate exemplum nobis datum est resurrectionis, spes caelestis patriae aperta est, & facta est praesumptibilis caelestis regni gloria, quia Christi resurrectio est causa efficiens & similitudo nostrae resurrectionis, iuxta illud Apostoli: *Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae.*

Sed quare noluit Dominus differre suam resurrectionem vsque ad nostram in fine mundi? Praeter alias rationes ista est vna: videlicet, vt non deficeret in nobis spes resurrectionis nostrae: quia si Christum non resurrexisse sciremus

Gaudium virginis Mariae ex resurrectione filii sui.

vulnera cur Christus post resurrectionem reseruauit.

Iudith 11.

Gaudendum vni nobis sit hoc festo ob nostri liberationem.

1. Cor. 7. Ephes. 5. Coloss. 1. Leo papa.

Esa. 9.

Rom. 4. Gregor.

Philipp. 4.





Gregorius. remus, nec nos speraremus. Vnde ait Gregorius: Christus suo exemplo monstravit in seipso, quod promisit nobis in premio: ut sicut ipsum fideles resurrexissent agnoscerent, ita in seipsis in fine mundi premia resurrectionis sperarent.

**Resurrectio nostra cur non fiat die tertia sicut Christi.**  
Sed quare nos non etiam resurgimus statim tertia die? Præter alias rationes dicendum, quod voluit Dominus perfectam beatitudinem sanctorum, scilicet in corpore & anima non seorsum compleri, sed ut simul omnes eam expectarent, & qui nos antecesserunt non sine nobis consummarentur. Quis licet habeant in anima perfectam beatitudinem, tamen corpora eorum nobiscum sunt in spem & consolationem nostram: & ipsi orant pro nobis, ut cito compleatur numerus electorum, & ipsi recipiant duplicem stolam gloriæ nobiscum: quia, ut dixi, sciunt se tam diu oportere expectare, donec omnes electi sint parati: & tunc fiet una communis reformatio omnium electorum, & commune gaudium, adeo quod unusquisque non solum de sua, sed etiam æqualiter de alterius glorificatione gaudebit. Sed dicit forte aliquis: iam per passionem Christi consecuti sumus perfectam salutem, quid opus fuit nobis futura resurrectione, id est, beatitudine? Respondendum: Verum est, quia consecuti sumus per passionem eius plenam liberationem & mundationem ab omni peccato quo ad animam, sed non quo ad corpus quia corpus nostrum etiam ultra peccata habet defectus & gravamina, quæ ablata sunt perfectè in Christi resurrectione. Caro nostra fuerat nobiliter formata in paradiso, sed hanc nobilitatem & pulchritudinem amisit per peccatum. Reformata est autem modo per Christi resurrectionem longe perfectior, quam olim fuit in paradiso: quia si mansisset in statu innocentie, non fuisset mortua, fuisset tamen mortalis, id est, potuisset mori: fuisset inedia consumpta elementis subiecta, id est, quod potuisset pati: idcirco pro sui restauratione & conseruatione indignuisset cibo restauratio, loco temperato, & ligno vitæ virtutis reformatiuo. Quæ omnia Deus providebat homini in paradiso, si steterat. Sed non sic caro Christi in sua resurrectione glorificata est, cui nostra conformabitur, sicut iam dixi: quia hæc per doctes gloriæ facta est immortalis, id est, quod non potest mori, subtilis, agilis, clara, non indigens pro sua conseruatione loco neque cibo. Totus mundus ei paradysus est: & in quocunque elemento nec in inferno pati posset quicquam molestiæ. Assumpsit quidem Christus molestias nostras, & omnes penales defectus nostræ naturæ, omnes languores & dolores carnis nostræ sine peccato, & quæ nos patimur ex peccato, & verè portauit viuendo & moriendo, sed iam deposuit omnes resurgendo.

**Resurrectio corporis quid conferat ad beatitudinis profectum.**  
Quadruplici autem onere graui premitur & laborat natura humana post lapsum primorum parentum. Primo est corruptibilis, passibilis & mortalis, continuo tendens ad non esse, adeo quod, sicut habetur in Iob, *quasi si egredietur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Secundo, natura seu potius corpus hominis est grossum & impeditibile, id est, impeditur alio corpore, ita quod non potest penetrare ea quæ vult: angustatur quoque & premitur. Tercio, corpus humanum est tardum & fatigabile: quia non potest esse vbi vult, & quando vult. Quarto, est obscurem &

**Carnis humanæ deformatio ut per Christi resurrectionem sit reformata.**  
Quæ omnia Deus providebat homini in paradiso, si steterat. Sed non sic caro Christi in sua resurrectione glorificata est, cui nostra conformabitur, sicut iam dixi: quia hæc per doctes gloriæ facta est immortalis, id est, quod non potest mori, subtilis, agilis, clara, non indigens pro sua conseruatione loco neque cibo. Totus mundus ei paradysus est: & in quocunque elemento nec in inferno pati posset quicquam molestiæ. Assumpsit quidem Christus molestias nostras, & omnes penales defectus nostræ naturæ, omnes languores & dolores carnis nostræ sine peccato, & quæ nos patimur ex peccato, & verè portauit viuendo & moriendo, sed iam deposuit omnes resurgendo.

**Doctes quas nam Christus glorificatus assumpsit.**  
Quæ omnia Deus providebat homini in paradiso, si steterat. Sed non sic caro Christi in sua resurrectione glorificata est, cui nostra conformabitur, sicut iam dixi: quia hæc per doctes gloriæ facta est immortalis, id est, quod non potest mori, subtilis, agilis, clara, non indigens pro sua conseruatione loco neque cibo. Totus mundus ei paradysus est: & in quocunque elemento nec in inferno pati posset quicquam molestiæ. Assumpsit quidem Christus molestias nostras, & omnes penales defectus nostræ naturæ, omnes languores & dolores carnis nostræ sine peccato, & quæ nos patimur ex peccato, & verè portauit viuendo & moriendo, sed iam deposuit omnes resurgendo.

**Resurrectio- ne sua quoniam mala Christus deposuit.**  
Quæ omnia Deus providebat homini in paradiso, si steterat. Sed non sic caro Christi in sua resurrectione glorificata est, cui nostra conformabitur, sicut iam dixi: quia hæc per doctes gloriæ facta est immortalis, id est, quod non potest mori, subtilis, agilis, clara, non indigens pro sua conseruatione loco neque cibo. Totus mundus ei paradysus est: & in quocunque elemento nec in inferno pati posset quicquam molestiæ. Assumpsit quidem Christus molestias nostras, & omnes penales defectus nostræ naturæ, omnes languores & dolores carnis nostræ sine peccato, & quæ nos patimur ex peccato, & verè portauit viuendo & moriendo, sed iam deposuit omnes resurgendo.

**Natura hominis corrupta quibus malis subiecta est.**  
Quæ omnia Deus providebat homini in paradiso, si steterat. Sed non sic caro Christi in sua resurrectione glorificata est, cui nostra conformabitur, sicut iam dixi: quia hæc per doctes gloriæ facta est immortalis, id est, quod non potest mori, subtilis, agilis, clara, non indigens pro sua conseruatione loco neque cibo. Totus mundus ei paradysus est: & in quocunque elemento nec in inferno pati posset quicquam molestiæ. Assumpsit quidem Christus molestias nostras, & omnes penales defectus nostræ naturæ, omnes languores & dolores carnis nostræ sine peccato, & quæ nos patimur ex peccato, & verè portauit viuendo & moriendo, sed iam deposuit omnes resurgendo.



turpe, ita vt non solum ad protectionem à frigoribus sed etiam ad tegendam turpitudinem opus habet vestimento. Hos defectus quomodo Christus habuerit in passione, sicut credo sufficienter audistis & intellexistis. Sed hos omnes in sua resurrectione deposuit. Licet enim idem fuerit corpus ante passionem, in passione & post resurrectionem in Christo, eiusdem naturæ, eiusdemque substantiæ: fuit tamen alterius gloriæ post resurrectionem, maioribusque donibus gloriæ adornatum. Habuit enim contra primum defectum impassibilitatem, quæ excludit omnem separationem animæ à corpore, omnem dolorem, omnem læsionem, quia fuit integrum ab omni corruptione, sanum ab omni dolore, quod in passione plenum fuit vulneribus à planta pedis vsque ad verticem capitis. Sed dicit quis: Ipse tamen habuit quinque vulnera post resurrectionem, sicut patet in sancto Thoma, cui ea tangenda exhibuit. Dicendum, quod spontè referuauit illa quinque vulnera sine dolore, nec ex impotentia curandi, sed ad specialem gloriam, & propter singulares rationes, vt videlicet probaret se eundem resurrexisse qui passus fuerat & vulneratus. Idcirco etiam permisit Thomam dubitare, vt dubitans probaret, & probans manifestaret & testaretur resurrectionis veritatem propter nos, vt nos sciremus, quia surrexit verè, & non habuit corpus phantasticum, quod solummodo appareret. Plus enim contulit nobis dubitatio Thomæ, quam credulitas Mariæ Magdalenæ: quia per incredulitatem Thomæ pleni sumus informati, quam per Mariæ Magdalenæ credulitatem. Dubitatum est ab illo, ne dubicaretur à nobis. Sunt tamen adhuc aliæ rationes, quare Dominus quinque seruauerit vulnera, quas modo prætereo. Item, non indiget vterius cibo vel potu: quia licet Christus cum discipulis veraciter comederit, hoc fecit ex potentia, quia potuit comedere, sed non ex necessitate vel indigentia. Comedit tamen ad ostendendum veritatem sui corporis, & ad roborandum fidem: & ille cibus, quem assumpsit in corpore, iterum annihilatus fuit, sicut aqua consumitur in igne, vel sicut humor mox exiccatur à sole. Mirum est, quod non miramur tantam charitatem Christi, qui ita studiose curauit, nec quicquam omisit quod prodesse nobis posset ad fidem & charitatem. Ecce quid ipse habet inde, si nos credimus, vel non credimus? si saluamur vel non saluamur? ipse vtiq; inde nihil sit melior vel minor: sed solum, quia diligit nos.

Secundo, corpus Christi habuit subtilitatem, quia nullius corporis soliditate potuit impediri: sed potuit, quæcunque voluit penetrare. Hoc patuit in eo quod clauso prodijt sepulchro, & ad discipulos ianuis clausis intrauit. Tertio, habuit agilitatem, qua eius corpus sic fuit habitatum, quod protinus potuit esse sine aliqua fatigatione, vbi voluit esse spiritus. Hoc ostendit Christus in eo quod discipulis in ipso die resurrectionis toties & in diuersis locis apparuit vbi voluit, & disparuit quando voluit. Quarto, habuit claritatem pulcherrimi & suauissimi, amoenissimi que coloris, lucentissimi splendoris, vincentis fulgorem omnem solis. Non tamen apparuit discipulis (secundùm Augustinum) in tali claritate, quia non potuissent corporeis oculis illam aspicere: sed in varijs figuris, sicut habetis in Euangelij: vel saltem in pulchritudine proprij corporis occultando splendorem

ff 3 gloria.

Impassibilitatē vti induerit Christus.

Ioan. 20.

S. Thomam cur Christus permisit dubitare de sua resurrectione. Gregor.

Cur Christus post resurrectionem comederit.

Subtilitatem quā Christus induerit. Matth. 28.

Ioan. 20. Agilitatem quam Christus habuerit. Matth. 28.

Lucæ 24. Ioan. 20. Claritatem quæ Christus assumpsit. Augustin.



Christus in  
quanta clari-  
tate & gloria  
matri suæ ap-  
paruit.  
1. Theol. 4.

Phil. 4.

Vitam hanc  
quam pericu-  
lose homi-  
nes diligunt.

Apoc. 11.

Vitam hanc  
cur quidam  
tantopere  
diligunt.

Col. 3.

Ephel. 4.

1. Cor. 5.

gloriz. Beatæ tamen virginis, quæ fuit altioris perfectionis creditur appa-  
ruisse sicuti est. Ecce charissimi vnde gaudeamus: quia sicut Christus resur-  
rexit, ita & nos resurgemus in ipso, iam in spe, & postea in re. Non voluit  
tamen, quod sola anima haberet remunerationem pro obedientia, quam  
habuit ad Deum, sed volebat etiam quod iste pauper asinus, id est, corpus  
nostrum haberet remunerationem pro obedientia, quam habuit ad ani-  
mam, id est, quod ieiunavit, vigilavit, oravit, laboravit, sicut fuit rectum in  
anima. Hinc est quod dicit Apostolus: *Saluatorem expectamus Dominum Iesum  
Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ a configuratum corpori claritatis suæ.*  
Tunc si membra fuerimus Christi, cum anima & corpore recipiemus beati-  
tudinem plenam: ad quam modo semper debemus tendere, & aspirare. Et  
mirum est, quod non habemus maius desiderium, & continuam stremam  
illam immortalem vitam. Sed causa est, quoniam ita diligimus hanc immor-  
tam transitoriam vitam. Quis est igitur, qui non spirituali gaudio exultat,  
qui cognoscens se translatum à morte ad vitam, & ad vitam immortalem,  
sempiternam, à miseris huius temporis ad perpetuam felicitatem, nisi qui  
necdum intelligit, vel non appetit vitam illam beatam & immortalem?  
Ecce quantum diligimus vitam istam miseram, corruptibilem, incertam,  
miseris & caris plenam, periculis circumdatam, instabilem & aliquando be-  
niendam. Ecce quomodo cupimus illam servare, & nolimus illam perdere,  
quam tamen non possumus retinere. Quancunque aduersa nobis con-  
niunt, adhuc volumus retinere vitam. Si ita diligimus viuere, quare non  
cogitamus, quare non laboramus, quare non tendimus ad illam vitam nos-  
quam deficientem, vbi nulla miseria est, nulla aduersitas, nulla cura, nul-  
lus labor, nullus timor? vbi perpetua felicitas est, perpetua iucunditas, per-  
petua securitas? Ad hanc perueniunt sancti qui nos præcesserunt, & plenam  
habent beatitudinem in anima: sed in corpore expectant nos, ut fiat gene-  
rale festum nostræ resurrectionis. Et tunc erit resurrectio, quæ nominatur  
in Apocalypsi secunda: quia iam est prima resurrectio, scilicet à peccato. Et  
beatus est (ut ibi habetur) qui partem habet in resurrectione prima: quæ per  
primam venit ad secundam. Si voluerimus ergo peruenire ad secundam,  
oportebit nos utique per illam viam incedere, quam inceserunt qui ante  
nos fuerunt, quorum vitam quotidie audimus legi in exemplum, ut dilige-  
mus vitam. Sed heu quam multi sunt, qui si possent hanc præsentem vitam  
semper tenerent, quantumlibet ærumnis planam, essent bene contenti, & co-  
signarent libenter futuræ vitæ. Hoc est, dimitterent Deo regnum cælorum,  
& ipsi tenerent mundum. Vnde hoc? Quia immeriti sunt in amore vana-  
lium & temporalium, adeo quod non cogitant, vel desiderant, vel cogita-  
cunt alia bona esse, quam illa in quibus modo delectantur. Vel, adeo sunt  
grauati in conscientia, quod plus habent timoris, quam spei ad illam futu-  
ram vitam.

Vos autem charissimi fratres (ut alloquar vos verbis Apostoli) *si conseru-  
xistis cum Christo quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ  
sursum sunt sapite, non quæ super terram. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite  
te nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritate.*  
Quia ad hoc Christus resurrexit, ad hoc Pascha nostrum immolatum est Christus.



ut epulemur non in fermento veteri neque in fermento malitia & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis: ut quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Dei Roman. 6.  
 Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quod nobis omnibus largiatur idem Dominus noster Iesus Christus, qui cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti viuunt & regnat Deus per infinita secula, Amen.

Sermonum de Festiuitatibus Sanctorum partia  
 Hyemalis, FINIS.

# IN FESTO SAN- CTI GEORGII GLORIOSIS- SIMI MILITIS ET MARTYRIS CHRISTI, Lectio Ecclesiasti- ci cap. XIV. & XV.

**B**EATVS vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspeditionem Dei. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientia salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine aeterno hereditabit illum Dominus Deus noster.

## PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIONEM.

**Q**UAM vita hæc plena sit tentationibus, atque in medijs laqueis tota hominis ætas transigatur, plurimamq; omni ex parte pericula immineant, multiq; tum inuisibiles, tum visibiles hostes pios quosq; persequantur, ut eos à sui creatoris amore auerterant & abstrahant, benignissimus Deus pro nostri institutione, consolatione, confortatione, sacram nobis scripturam reliquit, in qua tanquã instructissimo arma mæcario varia nobis munimenta ac præsidia, itemq; remedia voluit esse constituta aduersus omnes quorumlibet inimicorũ impugnationes, & contra mala omnia. Quæcumq; scripta sunt, ait Apost. ad nostrã eruditionem scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Rom. 15.  
 Quam obrem etiam in sacris ædibus multa publicè ex diuinis libris recitantur, ut domi identidè optimis scripturæ sententijs aures hominũ imbuantur, animis firmentur ad tolerandas vexationes impiorũ. Quare factũ non dubitamus, vt innumeri pro Christo sanguinè promptissima mæcis deuotione profuderint, nec à Christo vlla ratione potuerint separari. Ita etiã in ferijs inuicti militis & infracti martyris Christi D. Georgij ex Ecclesiastico breuis quidè, sed memorabilis valde lectio depromitur, paucis verbis saluberrimas institutiones, & præclara promissa complectens: vnde & nos discite  
 ff. 4.      reposit